

The *Lucula noctis* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

Curiositas y

Hinc Petrus Ravennas in sermone:

““Odibilis nichil est subtilitate, ubi est sola subtilitas.’

Quid enim prodest in illis expendere dies suos que nec domi nec militie nec in foro nec in claustro nec in curia nec in Ecclesia nec alicubi prosunt, nisi dumtaxat in scholis?

Scribens Seneca ad Lucillum: ‘Quid est,’ inquit, ‘acutius arista et in quo est utilis? Tale est,’ inquit, ‘ingenium quod sola subtilitate lascivens nulla in se residet gravitate.’” Hec Petrus.

Lucula noctis, 18 (E. Hunt ed., p.152, ll.169-177).

apud Petr. Dam. non inveni; cf. verba Senecae apud Ioann. Sar. Metalog. 2.2 (PL199.865b)

Odibilis nichil est subtilitate ubi est sola subtilitas.

Quid enim prodest in illis expendere dies suos que nec domi, nec milicie, nec in foro, nec in claustro, nec in curia, nec in ecclesia, nec alicubi prosunt nisi dumtaxat in scholis?

Scribens Seneca ad Lucillum: Quid est, inquit, acutius arista et in quo est utilis? Tale est, inquit, ingenium quod sola subtilitate lascivens nulla in se residet gravitate.

Petrus Ravennas in sermone.

Manipulus florum, Curiositas y

Ait namque Seneca:

Odibilis nichil est subtilitate, ubi est sola subtilitas.

Quid enim prodest in illis expendere dies suos, que nec domi, nec milicie, nec in foro, nec in claustro, nec in curia, nec in ecclesia, nec alicubi prosunt alicui, nisi dumtaxat in scholis?

Seneca scribens ad Lucillum: Quid est, inquit Acutius Arista, et in quo est utilis? Tale est, inquit, ingenium, quod sola subtilitate lascivens nulla in se residet gravitate.

Petrus Blesensis, Epistola 99, BnF MS lat. 16714, fol.90rb-90va. cf. Petrus Blesensis, *Epistolae*, 101 (PL 207, col.312C-D).

Nihil autem ut in primo declamationum ait Seneca, odibilis subtilitate, ubi nihil aliud est quam subtilitas.

Et ad Lucillum, nihil est acutius arista. Sed haec ad quid utilis? Tale utique est illud ingenium quod sola subtilitate lascivens nulla residet gravitate.

Iohannes Sarisberiensis, *Metalogicon*, 2.8 (J.B. Hall & K.S.B. Keats-Rohan eds., CCCM 98, p.67, ll.9-13).

nihil est iniquius his, qui nusquam putant esse subtilitatem nisi ubi nihil est praeter subtilitatem.

Lucius Annaeus Seneca (Rhetor), *Controversiae libri decem*, 1.praef.21 (L. Hakanson ed., p.7, ll.3).

Acuta sunt ista quae dicis: nihil est acutius arista; quaedam inutilia et inefficacia ipsa subtilitas reddit.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucillum epistulae morales*, 82.24 (L. Reynolds ed., vol.2, p.278, ll.8-10).